



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 14. Falsum argumentum allatum esse ab A. Gellio ad ostendendum,
inter Platonem & Xenophontem aliquid simultatis interceßisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Falsum argumentum allatum esse ab A. Gellio ad ostendendum, inter Platonem & Xenophontem aliquid simultatis intercessisse.

CAP. XIII.

A GELLIVS lib. XIII. Noctium Atticarum, aliquot argumenta collegit, quibus doceret, inter Platonem & Xenophontē nescio quid occultæ simultatis intercessisse. multo plura autem, & multo accuratius exposita apud Athenæum lib. vndecimo leguntur: sed eorum, quæ posuit Gellius, primum falsum esse, comperi. ait enim, *neque à Platone Xenophontis, neque contrà à Xenophonte Platonis ullam vnquam falsam esse mentionem: cum tamen vterque complurimum Socratis sectatorum meminerit.* Ego autem, ecquid Plato Xenophontem vsquam nominaverit: non sanè pronuntiare ausim. apud Xenophontem quidem libro tertio *ὑπομνησιον ματατων*, Platonem nominari video. Narrat enim Xenophon, Glauconem Aristonis filium, qui ad populum verba facere, & remp. gerere cuperet, cum annos viginti nondum haberet, sæpè ob id delusum, & detractum è suggesto: neque tamen amicorum ac domesticorum precibus à tam temerario incepto eum reuocare cupientium obtemperantem, destitisse tandem Socratis auctoritate adductum. Socratem autem ei amicum fuisse ait propter Charmidem Glauconis filium, & propter Platonem. *Γλαύκωνα δ, inquit, ἢ Αείσω, ὅτ' ἐπεχείρει δημηγορεῖν, ὀπίθυμῶν ὄρεσταιν ἢ πόλεως, ἐδ' ἔπω εἴκοσι ἔτη γερωνῶς, ὄντων ἄλλων οἰκίαν ἢ φίλων, ἐδ' εἰς ἐδύατο παῖσαι, ἐκλόμενοντε ὑπὸ τ' βήματα, ἢ ἡπταγέλασον ὄντα. Σωκράτης δ' εὐνεκῶν ὄντι διατέ Χαρμίδου ἢ Γλαύκων, ἢ διὰ Πλάτωνα, μόνον ἔπαυσεν.*

Hoc cum primùm scripsi, non memineram, idem à Lærtio in Platonis vita notatùm esse.

Secun-